

Reuerendissimi i christo patris et dñi dñi Hu-
gonis rē. Cardinalis/in postillam super Cantica
canticorū: **Prologus.**

Ps. 47.

Deus in gradibus eius cognosces. Ita dicit
alia editio: ubi nostra habet: Deus in domi-
bus eius cognosces. Sunt autē tres illi gradus:
scilicet initiata sapiētia: puerca sapiētia: et cōsum-
mata sapiētia. Hac autē triplici sapiētia: quasi
tribus gradibus ascendit ad dei cognitionē. In pmo gradu
sunt incipientes: in secūdo p̄ficientes: in tertio p̄fecti. Prim⁹
gradus sapiētie docet bene et licite mūdo vti. Secundus bene
et vtilius mūdu cōtemnere et calcare. Tertius in solis sponsi
amplexibus et osculis iocundari. Primū gradū ascendim⁹ in
Prouerbij. Secundū in Ecclesiaste. Tertiu docemur ascen-
dere in hoc libro. Iuxta hunc igit triplicem gradū sapiētie:
salomon tres libros edidit. Prouerbia: ubi docet et instruit
paruulos et incipientes: qualiter in mūdo pacifice conuersent
et a malo abstineant. Unde et ibi dicit: Sapiētia foris p̄di-
cat: dicens: Usquequo paruuli diligitis infantia: et stulti ea que
sibi sunt noxia cupiunt: et imprudentes odibunt scientiam?
Conuertimini ad correptionē meā rē. ca. j. c. Ecclesiasten: ubi
instruit p̄ficientes et grādiuulos de cōtemptu mūdi. Unde
incipit: Vanitas vanitatum rē. Cantica canticorū: ubi
maturōs et perfectos de solo amore instruit. Unde ab osculo:
quod est signum amoris incipiens: ait: **Osculetur me**
osculo oris sui. Et hinc hoc triplex opus: triplici cenet vo-
cabulo. Salomon. i. pacificus: iuxta Prouerbia: ubi pacifice
cōuersari in mūdo hortat. Ecclesiastes. i. concionator: iuxta
Ecclesiasten: ubi q̄si in p̄cone et consilio discordantes ad p̄cor-
diā vocat. Bidda. i. dilect⁹ dñi: iuxta Cantica canticorū: ubi affec-
tiones et desideria ceteroq̄ amoris sequele mutuaq̄ amariū
colloquia inter scalariter exprimunt. Ex iam dictis patet q̄s
sit auctor hui⁹ libri: quoniam salomon. Restat ergo videre que
sit eius intentio in hoc libro: que materia: et quis finis: quis
mod⁹ agendi: quis libri titulus: et cui parti philosophie sup-
ponat. Intentio igitur salomonis in hoc libro est: exhortari
sponsam: id est ecclesiā ad amplexus et oscula sponsi: quod est
signū perfecti amoris. Quadruplex quidē est amor. i. diuin⁹
siue ethereus vel celestis: qui charitas appellat: et hic in p̄p-
cepto cōsistens: meritorius est in vfu suo. Secundus veneno-
sus/ libidinofus/ diabolicus: et hic in phibitione consistens/
damnabilis est. Tertius est carnalis: quo quis carnem pro/
p̄ciā vel parentes diligit: Et hic quidē si moderatus est/ sub
deo est et tolerabilis: si imoderatus/ reprobabilis et damno-
sus. Quart⁹ est mūdānus: qui si moderatus sit/ licit⁹ est et cō-
cessus: si imoderatus/ detestabilis et p̄niciosus. Unde Jaco.
iiij. a. Amicitia huius mūdi inimica est deo. Materia huius
libri est sponsus et sponsa: quasi christus et ecclesia. Sunt autē
quattuor p̄sonę: que sibi mutuo colloquētes inducunt in hoc
libro. Spons⁹ et sodales ei⁹: q̄ et paranymp̄i siue amici sp̄o/
si dicunt: sponsam cōmonentes et adiuuantes ne cum alio for-
nice: sed soli sponso cohereat. Coangustatū est enim stratū
ita vt alter decidat: et pallium breue vtrūq̄ opire non potest.
Esa. xxiij. e. Sponsa et adolescentule eius: p̄ quas signant
imperfecti/ in fide teneri: qui deum plene diligere/ mundi mala
equanimiter sustinere nōdū sciūt: tamē exhibent se humiles: vt
sponsam pro modulo suo imitent. Congruū enim erat vt in
nuptijs esset cum sponso iuuenū turba: et cum sponsa adole-
scularū laudabilis multitudo. Sponsus christus est: spon-
sa hō ecclesia: sodales sponsi angeli: et omnes qui iam in virū
perfectū puenerunt: adolescentule sunt incipientes. Sponsa
etiā ecclesia: vel quilibet fidelis anima. Et notandū q̄ spon-
sa semp in domo vel in lecto vel in aliquo interiori loco cum
sponso manere concupiscit: quod bene mulieribus congruit.
Sp̄osus hō sicut vir ad forinseca vinearū: vel aliqua huius/
modi opera sponsam euocat. Nec est mirum: Ecclesia enim
si fieri posset in tranquillitate pacis domino sobolem educa-
re desiderat. At ipse eam in p̄senti crebris temptatiōibus et

p̄secutionibus vult exerceri: quo mūdior ad eterna pueniat:
et ne si omnia prospera cōtingerent/ incolatu p̄senti exili de-
lectata: minus ad celestem patriam suspiraret. Finis huius
libri est dilectio dei: ad quā inuitat salomon: De qua in fine
huius libri dicit: Fortis vt mors dilectio. Modus agendi
talis ē: paucus ē in sermone: multus in sententia: p̄cedens in-
ter scalariter: nūc sponsum loquētem inducens: nūc sponsam:
nunc adolescentulas respōdentes: nunc mutuo colloquētes.
Titul⁹ talis ē: Incipit cāticacāticorū: siue cāticacāticorū:
sic dictū per excellentiā dignitatis. Multa em sunt cantica:
sed inter alia tria p̄cipua: duo moysi: et tertium salomonis.
Primum canticum est de egressu vitorum. Unde moyses
in exitu israel de egypto/ trāsito mari: Exod. xv. a. cecinit/ di-
cens: Cantemus domino: Gloriose enim magnificatus est:
equum et ascensorem deiecit in mare. Secundū canticū est in
progressu virtutū et bonorū operum. Unde et moyses in de-
serto vicinus terre p̄missionis cecinit/ dicens: Audite celi que
loquar: audiat terra verba oris mei: Deut. xxxij. a. Tertium
canticū est in cōsummatione virtutū. Unde et salomon epi-
thalamiu sponsi et sponsę amorose decantans: ait: **Osculet**
me osculo oris sui. Vel certe ideo cāticacāticorū di-
cit: quia inter cantilenas siue cantica salomonis/ vltimū est.
Tres enim libri salomonis/ quasi tres cantilenę: siue tria can-
tica dicunt: inter que vltimū est canticū istud. In primo ca-
niti cantilena actiua: in tertio p̄templariua: in medio trāscu-
tib⁹ de actiua ad cōtemplariuā. In primo incipit deus di-
ligi quasi pater: Unde crebro nomē filij exprimit ibi. In se-
cūdo honorari vt medicus. In tertio desiderari vt sponsus.
In Prouerbij em salomon fuit ethic⁹: tractans de mori-
bus: quasi pater filios instruens. In Ecclesiaste fuit physic⁹:
naturas rerum discernēs. i. medicus egrorum sanans: a mū-
danis nos phibens. In Cantica canticorū fuit theologus:
de diuino amore p̄tractans. Unde et liber iste canticū amoris
dicit a quibuscūq̄. Et iste ternarius canticorū signatus fuit in
verbis domini: quibus ait ad moysen: Exod. xix. b. San-
ctifica populū hodie et cras: et sint parati in diē tertiu. Et uo-
bus diebus iubebat sanctificari populus: vt tertia die dign⁹
esset legem recipere: et videre gloriā dei. Sanctificatiōe p̄-
mē diei/ sanctificant illi: qui nōdum mūdo penitus abrenūci-
antes/ deū tamē omnib⁹ que mūdi sunt p̄ponētes/ mundo li-
cite vtunt: vt incipientes. Sanctificatione secūde diei/ sancti-
ficant illi: qui mūdū fugiunt et cōtemnūt: vt p̄ficientes.
Sanctificatione tertie diei/ sanctificant illi: q̄ mundo penitus
conculcaro/ leuant se supra se: vt perfecti: qui tam deum quo/
dammodo reuelata facie speculantur. Cui autem parti philo-
sophie supponatur hic liber: tam patet: quoniam theologie
totaliter. Quia aut liber iste quādoq̄ singularit cāticacātico/
rū: quādoq̄ pluralit cāticacāticorū noiat/ inde est: quia et
vnum est: et multa. Vnum propter vnitatem cantus: q̄ quic/
quid hic canit/ amor est: qui est vinculū vniōis. Multa p̄-
pter diuersitates p̄sonarū canentū: que sunt quattuor: vt
dictum est. S. Sponsus et sponsa: sodales sponsi et iuuenule
vel adolescentule sponsę. Salomon igit luce sapiētie et sp̄i-
tu p̄phetie illustratus: aduentū christi in carnem p̄gvidens:
in persona antiquorū aduentum istum desiderantiū et expect-
tantiū et deprecantiū ait: **Osculetur rē**

Explicit prologus auctoris.

De quadru-
plici amore